24. Ea quæ possunt convenire personæ ratione sui, si habent repugnantiam ad proprietates personæ divinæ, non prædicantur de Christo; quæ autem conveniunt personæ ratione naturæ, vel ratione partis, dicuntur de Christo, licet repugnent personæ divinæ; quod enim est personæ proprium, de Christo non enunciatur ratione humanæ naturæ; nisi cum aliqua additione vel expressa vel subintellecta, 3. q. 16. 8. c. item q. 20. 2. c.

25. Deus est caput Christi, 3. q. 8. ad 3. c. item q. 11. 8. ad 2. c.

26. Christus ante incarnationem erat caput Ecclesie, secundum humanitatem per operationem hominum in eum, & non & converso; sed post, utroque modo; secundum divinitatem vero, ante & post; & per utrumque operationem, scilicet ejus in nos, & & converso, 3. q. 6. 3. ad 3. c. item q. 68. 1. ad 1. c.

27. Christus secundum quod homo, est caput Ecclesie, triplici ratione, scilicet secundum tria quæ considerantur in capite, scilicet secundum ordinem, perfectionem, & virtutem; primo, Christus habuit ordinem, quia caput est prima pars hominis, incipiendo à superiori; perfectionem autem, quia in capite vigent omnes sensus & interiores, & exteriores, cum in ceteris membris sit solus tactus; virtutem vero, quia virtus & motus cæterorum membrorum est à capite, & gubernatio eorum in suis actibus, propter vim sensitivam, & motivam dominantem in capite; unde & rectior dicitur caput populi; & hæc spiritualiter committunt Christo, primo secundum propinquitatem ad Deum, gratia ejus est altior & prior; & si non tempore, quia omnes alii acceperunt gratiam, per respectum ad gratiam ipsius. Secundo perfectionem habet quantum ad plenitudinem omnium gratiarum. Tertio virtutem habet influendi gratiam in omnia membra Ecclesie; & ideo convenienter dicitur caput Ecclesie, 3. q. 8. 1. c. q. 48. 1. c. q. 49. 1. c. q. 59. 2. c.

28. Tota humanitas Christi, secundum animam, & secundum corpus, influit principaliter in animas, & secundario in corpora, ideo secundum utrumque est caput hominum, quoad utrumque, 3. q. 8. 2. c. item 4. ad 1. c.

29. Proprium est Christi, esse caput Ecclesie,

32. quoad influxum interiore, sed quoad influxum exteriorem convenit aliis participative, particulariter, & vice Christi; Christo autem secundum omnem locum, tempus, & statum omnium pertinentium ad Ecclesiam, & propria auctoritate; 3. q. 8. 6. 0. item 7. c. 30. Christus est caput omnium hominum, sed primo beatorum, secundo habentium charitatem vice, tertio fidelium, quarto uniendo- rum, quinto unibilium, sed nullo modo damnatorum, quia penitus desinunt esse membra Christi; 3. q. 8. 3. 0. item 4. 1. 3. c. 0. & 19. 4. c. ad 1.

31. Eadem essentialiter est habitualis gratia Christi, quae dicitur gratia unionis capitis, & singularis personae; 3. q. 8. 3. 0.

32. Gratia unionis singularis, & capitis sunt simul tempore, sed ordine naturae & intellectus prima praecedit secundam, & secunda tertiam, quia prima convenit Christo inquantum Deus, secunda inquantum homo in se, tertia quoad alios; 3. q. 7. 1. 3. 0.

33. In Christo fuit triplex plenitudo gratiae scilicet unionis personae, capitis, & singularis. Prima est ejus ut causa finalis, secunda ut efficiens, tertia ut formalis ad omnem effectum, & ad omnem usum gratiae; 3. q. 19. 4. 0. item 2. 48. 1. c.

34. Gratia personalis, & gratia capitis in Christo ordinantur ad actum. Non autem gratia unionis, sed ad esse personale. Ideo prima & secunda conveniunt in essentia habitus, non autem tertia, licet etiam prima dicatur gratia unionis, inquantum facit congruitatem ad unionem; 3. q. 8. 5. ad 3.

35. Gratia habitualis fuit in Christo; 3. q. 7. 1. 0.

36. Requievit super Christum spiritus Domini, qui quidem in homine dicitur esse per gratiam habitusalem; 3. q. 7. 1. b. c.

37. Gratia unionis est esse personale, quod a Deo datur gratia humanae naturae in persona Verbi, & est terminus assumptionis ejus; 3. q. 66. c.

38. Gratia unionis in Christo dupliciter dicitur, scilicet voluntas Dei dans gratis, & donum ejus, idest unio, vel aliquis habitus. Primo modo loquuntur Sancti communiter, & est quid increatum; non autem secundo modo; 3. q. 2. 10. 0. item 6. 6. c. item 7. 2. 1. 1. c.

39. Unio Christi facta est per gratiam primo modo, non autem secundo; 3. q. 2. 10. c. item 7. 6. 6. 0.

40. Gratia Christi, sive unionis, sive habitualis, dicitur naturalis Christo; quia habuit eam a nativitate, & quia causatur a natura ipsius divina; non autem a natura humana; 3. q. 2. 12. c. item 7. 1. 3. ad 2. item 7. 4. 3. ad 2. 0.

41. Gratia unionis fuit simpliciter infinita in Christo; sed gratia habitualis ejus fuit infinita secundum rationem gratiae, finita vero secundum rationem entis; 3. q. 7. 1. 1. c.

42. Habere gratiam convenit Christo secundum naturam humanam, non autem secundum naturam divinam, sed esse largiorem gratiae; 3. q. 7. 7. ad 2.

43. Christus habuit plenitudinem omnis gratiae dupliciter, scilicet in summo, & quoad omnes effectus gratiae; 3. q. 7. 7. ad 1. item 9. 0. item 10. 1. 2. c. 0. & 15. 2. 3. c. 0. & 22. q. 1. c. ad 1. item ad 3. 27. 5. ad 1. item 28. 4. ad 2. item 3. 38. 2. ad 2.

44. Plenitudo gratiae duplex, scilicet una ex parte gratiae, & alia ex parte subiecti. Prima est propria Christo, secunda vero convenit etiam aliis per Christum; 3. q. 7. 10. c.

45. Plenitudo duplex fuit in Christo, scilicet prima divinitatis, secunda gratiae, & veritatis. Et secunda derivatur a prima; 3. q. 15. 2. 3. c. item 7. 19. 4. ad 2. & 3. 4. 1. 1. c.

46. Plenitudo gratiae & divinitatis habitat in Christo corporaliter tripliciter, scilicet per unionem personalem ad corpus, contra umbram, & triplici unionem, idest carnis, mentis, & sensus; 3. q. 2. 10. ad 2.

47. Omnes gratiae gratis datae fuerunt in Christo excellentissimae; 3. q. 7. 7. c.

48. Gratiae in Christo non dividuntur; sed dividuntur in aliis hominibus, qui recipiunt particulariter efficaciam ad aliquos actus, Christus autem recipit gratiam plenissime ad omnes actus; 3. q. 7. 7. ad 1.

49. Gratia Christi nullo modo potuit augeri; sicut nec gratia beatorum. Sed gratia cuiuscumque viatoris puri potest augeri ex parte gratiae, & ex parte subiecti; 3. q. 7. 12. c.

50. Gratia cuiuscumque alterius hominis quantumcumque crescat, non potest adaequare gratiae Christi; quia comparatur ei sicut particulare ad universale. Ideo non sunt eisdem rationis; 3. q. 7. 11. ad 3. item 9. 10. 4. ad 2. item ad 3.

51. Christus habuit omnes virtutes, ad perficiendas potentias singulas, ad omnes actus animae; 3. q. 7. 2. 0. item 3. ad 1. & 7. 15. 2. c.

52. Habuit virtutes morales quoad usum patriae, & vice non derogantes perfectioni ejus. Non autem ad demandas passionis; 3. q. 7. 1. ad 3. item 2. ad 1.

53. Habuit summum gradum fortitudinis, sustinens impugnationem, non quidem interiorem a somite, sed exteriorem a diabolo, & a mundo, quos superando victoriae coronam promeruit; 3. q. 15. 2. ad 3.

54. Habuit temperantiam, non autem continentiam; 3. q. 7. 2. ad 3.

temperantiam 55. Vir-

55. Virtute suae divinitatis poterat in se, & in suis discipulis, sine abstinencia, habere virtutem continentiae; 3. q. 40. 2. ad 2. 0.

56. Fides non fuit in Christo, 12. q. 65. 3. ad 3. item 3. q. 7. 3. 0. & 4. c. 0. & 8. ad 2. & 9. ad 1.

57. Habuit quidquid est perfectionis & virtutis in fide & spe; 3. q. 7. 9. ad 1.

58. Habuit meritum fidei, quia fides consistit in assensu ex obedientia Dei, quam Christus plenissime habuit; 3. q. 7. 3. ad 2.

59. Non habuit spem virtutem, licet speraverit aliqua sibi & aliis; 12. q. 65. 5. ad 3. item 22. q. 18. 2. ad 1. item 3. q. 7. 4. 0. item 6. ad 1. item 8. ad 2. item 9. ad 1.

60. Voluntas animae Christi informabatur charitate, & aliis virtutibus; 3. q. 4. 9. 6. ad 2.

61. Habuit plenissime septem dona Spiritus Sancti; 3. q. 7. 5. 0.

62. Dat dona, inquantum Deus, & recipit ea, inquantum homo; 3. q. 7. 5. ad 2.

63. Meruit secundum humanitatem, non autem secundum divinitatem; 3. q. 53. 4. ad 2.

64. Meruit sibi gloriam corporis, scilicet immortalitatem, impassibilitatem, & huiusmodi, & ea quae pertinent ad excellentiam ejus exteriorem, sicut est ascensio, & veneratio ejus; non autem gloriam animae, nec scientiam, nec gratiam, nec Deitatem, nec virtutes; quia cum meritum, non sit nisi ejus quod nondum habetur, oporteret quod Christus aliquando istis caruisset, quibus carere magis diminuit dignitatem Christi quam auget meritum; 3. q. 19. 3. 0. item 2. 4. ad 2. item 9. 3. 4. ad 1. item 9. 4. 5. 1. c. item 9. 4. 6. 1. c. item 9. 4. 8. 1. c. item 9. 4. 9. 3. ad 3. item 6. 0. item 9. 4. 2. c. item 9. 5. 9. 3. c.

65. Meruit aliis scilicet omnibus membris ejus, idest solis regeneratis spiritualiter, idest per baptismum; 3. q. 19. 4. 0. item 9. 4. 9. 1. c.

66. Meruit aliis praemium essentiale, quod nullus alius potest; 12. q. 114. 6. c. & 3. q. 119. 4. 0. item 9. 4. 6. 3. c. item 9. 4. 8. 1. 0. item 6. ad 3. item 6. 1. 1. ad 2.

67. Nihil ad meritum pertinens docuit, quod ipse excellentius non impleteret; 3. q. 7. 3. ad 2.

68. In Christo fuit aliqua scientia creata, praeter scientiam incretam; 3. q. 9. 1. 0.

69. Scientia divina Christi non offuscabat scientiam humanam; sed magis claram reddebatur; 3. q. 9. 1. 0. ad 2.

70. Scientia animae Christi est nobilior secundum quid, quam anima ejus; non autem simpliciter; 3. q. 11. 5. ad 3.

71. Anima Christi poterat intelligere per scientiam inditam; convertendo se ad phantasmata, & etiam sine eis; 3. q. 11. 2. 0. item 4. fin. item 9. 3. 4. 2. ad 3.

72. Christus habuit omnium rerum scientiam

tiam speculativam & practican; non quidem practice, idest non qua ipse faceret res, sed qua sciret, qualiter res factae sunt a Deo; 3. q. 13. 1. ad 3.

73. In Christo fuit plenitudo gratiae, & omnis virtutis, & omnis scientiae; 3. q. 13. 2. c. item 9. 3. c. ad 1.

74. In sexta synodo damnata est positio negantium in Christo duas scientias vel sapientias, scilicet creatam & scientiam incretam; 3. q. 9. c. fin.

75. Scientia beatorum fuit in Christo; 3. q. 2. 0. c. & 3. 4. c.

76. Anima Christi in verbo non comprehendit verbum seu divinam essentiam; 3. q. 10. 1. 0. item 2. 3. c. ad 1. item ad 2.

77. In verbo cognoscit omnia quae quandoque sunt, & cogitatus; non autem omnia quae sunt in potentia Dei; 3. q. 10. 2. 0. & 3. q. 19. 2. ad 3.

78. In verbo cognoscit omnia quae Deus novit scientia visionis, non autem omnia quae Deus novit simpliciter intelligentia; 3. q. 10. 2. ad 2. item 9. 13. 1. ad 2.

79. Scientia animae Christi in verbo participat scientia visionis Dei, quoad numerum scibilem, non autem quoad claritatem; 3. q. 10. 2. ad 3. item 9. 13. 1. ad 2.

80. In verbo scit infinita in potentia, quasi scientia simpliciter intelligentiae; non autem scit infinita in actu, idest, scientia visionis, quia entia in actu secundum omne tempus non sunt infinita; quia generatio non est aeterna; 3. q. 10. 3. 0.

81. In verbo comprehendit omnis creatura essentiam; & per consequens comprehendit ejus potentiam; & virtutem, & omnia quae sunt in potentia creature; 3. q. 10. 2. c.

82. Scientia beata animae Christi est perfectissima simpliciter, non autem ejus scientia indita, sed est perfectissima; in genere humanae cognitionis; 12. q. 1. 1. ad 2. fin. & 3. q. 9. 2. c. & 9. 1. 5. ad 1.

83. Indita animae Christi fuit habitualis; non autem scientia ejus beata; 3. q. 11. 5. ad 3.

84. In Christo fuit scientia infusa verbo, per species omnium rerum ad quas intellectus possibilis est in potentia; 3. q. 9. 3. 0. item 4. c. ad 2. item 9. 12. 1. c.

85. Scientia Christi infusa fuit distincta in multis habitus; 3. q. 11. 6. 0.

86. Anima Christi per scientiam infusam cognoscebat omne cognoscibile ab homine, per virtutem intellectus agentis, idest omne pertinentens ad scientias humanas, & omne notum homini per revelationem, & omne pertinentens ad prophetiam, vel ad quodcumque donatur Spiritus Sancti, non autem essentiam Dei; 3. q. 11. 2. 0. & 9. 12. 1. c.

87. Et per eam poterat cognoscere substantiam

damnum

tantias separatas, sicut potest anima separata, 3. q. 11. 1. ad 2. q. 12. 1. ad 3.

88. Et per eam cognoscebat omnia singularia, presentia, preterita, & futura, 3. q. 11. 1. ad 3. item q. 12. 1. ad 3.

89. In Christo fuit scientia acquisita, seu experimentalis, per species acquisitas per operationem intellectus agentis ejus, 3. q. 9. 4. o. item q. 12. 6. o. item q. 13. 8. o.

90. Per scientiam acquisitam scivit omne, quod scire potest per actionem intellectus agentis, non autem essentias substantiarum separatarum, nec singularia preterita, vel futura, 3. q. 12. 1. o.

91. Christus profecit in scientia acquisita, quia scientia illa augebatur essentialiter, non autem alie scientie ejus, scilicet tantum secundum effectus, & secundum experientiam, & secundum apparentiam, 3. q. 7. 12. ad 3. q. 2. 2. o. q. 3. ad 3. q. 15. 8. o.

92. Nihil didicit ab homine, quia non convenit dignitati Christi doceri a quocumque hominum, 3. q. 12. 3. o.

93. Voluntas duplex est in Christo, scilicet voluntas divina, & voluntas humana, contra heresim Macarii Patriarche Antiocheni, Cyrilli Alexandrini, & Sergii Constantinopolitani, 3. q. 18. 1. o.

94. Voluntas humana in Christo dicitur tripliciter, scilicet potentia naturalis, motus naturalis, & motus rationalis, 3. q. 18. 1. ad 3.

95. In Christo est duplex voluntas humana, scilicet voluntas rationis, & voluntas sensualitatis, idest appetitus sensitivus, 3. q. 18. 2. o. q. 3. o.

96. In Christo fuit tantum una voluntas humana rationalis per essentiam, ut potentia, sed duplex actus, scilicet ut natura & ut ratio. Vel thelesis, idest simplex voluntas, & bullis, idest consiliativa, secundum Damascenum, 3. q. 18. 2. ad 2. q. 3. o. q. 4. 3. o.

97. Christus voluit aliud quam Deus voluntate sensualitatis, & ut natura, non autem ut ratio, sed semper voluit idem, & semper fuit conformis ei, 3. q. 18. 5. o. q. 6. c. ad 1. q. 21. 3. 4. o.

98. Voluntas pietatis in Christo est voluntas ut natura, inquantum absolute refurgit nociva sibi, & aliis, 3. q. 18. 3. ad 3.

99. Nulla repugnancia, seu contrarietas fuit in Christo inter voluntatem ejus, ut ratio, & voluntatem ejus, ut natura, vel voluntatem sensualitatis. Quia ad hoc, quod sit contrarietas voluntatum in aliquo, requiritur primo quidem, quod secundum idem attendatur diversitas voluntatum. Si enim unius voluntas velit aliquid secundum quandam rationem universalem, & alterius voluntas sit de eodem non fiendo secundum quandam ratio-

didicit

una

repugnancia

nem particularem, non est omnino contrarietas voluntatum; ut si rex velit latronem suspendi propter bonum publicum, alter noluit, quia sic cognatus ejus, nisi forte ex hoc intendere bonum publicum impedit; tunc enim ille voluntates essent circa idem, & contrarias. Licet ergo voluntas naturalis, & sensualitatis in Christo aliquid aliud voluerit, quam voluntas divina, & voluntas rationis ipsius, non tamen fuit aliqua contrarietas voluntatum, cum voluntas naturalis nunquam eam rationem repudiaverit, qua Deus humanum genus decrevit eo modo salvare. Et quia nec voluntas rationis, nec divinitatis in Christo per motum voluntatis naturalis retardabatur, vel impediabatur. Placebat enim Christo secundum voluntatem divinam, & secundum voluntatem rationis, ut voluntas naturalis in ipso secundum ordinem sue nature moveretur. Et ideo nullo modo fuit in illo contrarietas voluntatum, 3. q. 18. 6. o.

100. Voluntas, & quidquid aliud fuit nature humane in Christo semper movebatur secundum nutum voluntatis divine, 3. q. 18. 1. ad 1. q. 4.

101. Operationes sensitive, & vegetative, & naturales in Christo aliquialiter pertinebant ad voluntatem ejus humanam. Ideo erant magis humane, quam in aliis hominibus, & magis una operatio: quia omnes sensitive ordinabantur a ratione ejus, alie vero sunt voluntate, 3. q. 19. 2. c. fin. q. ad 1. item q. 27. 3. o.

102. In Christo est liberum arbitrium, 3. q. 18. 4. o.

103. Omnis potentia communicabilis culcumque creature multo abundantius communicata fuit anime Christi, scilicet ut materia elementalis magis obediit ei ad nutum, quam qualitatibus activis, & virtuti celesti. Et magis potuisset movere caelum, quam angelus quicumque, 3. q. 13. 2. ad 2.

104. Christus ut homo poterat conferre effectum sacramentorum sine sacramentis, ut instituit eorum, & non alius homo, 3. q. 64. 3. c. q. 72. 2. ad 1. q. 84. 5. ad 3.

105. Secundum divinitatem habet potestatem dimittere peccata per auctoritatem, sed instrumentaliter, & per ministerium secundum humanitatem, 3. q. 16. 11. ad 2.

106. Ad invocationem nominis Christi dabatur remissio peccatorum in primitiva Ecclesia, & non alterius hominis, 3. q. 7. 1. ad 2. item q. 64. 3. c.

107. In sua infantia, & pueritia in nullo differebat ab aliis pueris quoad exteriora conversationem, 3. q. 29. 1. ad 3.

108. Conveniens fuit, quod corpus Christi subjaceret defectibus, & infirmitatibus nostris, ad satisfactionem, exemplum, & fidem, 3. q. 14. 1. o. item 3. ad 1. item 4. c. ad 2.

109. Christ-

dei = mater

una humana

liberum arbitrium

ad satisfactionem, exemplum, & fidem, 3. q. 14. 1. o.

109. Christus secundum corpulentam substantiam tantum, & non secundum rationem feminalem fuit in paribus, & ideo non fuit decimatus in lumbis Abraham, 3. q. 31. 8. o. ad 3. item 4.

110. Sacerdotium Christi est majus sacerdotio Levitico. Est enim sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cui Abraham decimas dedit, Levi adhuc existente in lumbis illius, ad quem pertinet legale sacerdotium. Si ergo Christus in Abraham decimatus esset, sacerdotium ejus non esset secundum ordinem Melchisedech, sed minus eo, 3. q. 31. 8. c.

111. Persona Christi secundum se est simplex, sed ut in duabus naturis subsistit, potest dici composita, licet improprie, 3. q. 2. 4. o.

112. Omne quod pertinet ad rationem personae, vel tantum ad unam naturam in Christo, est unum tantum; si vero pertinet ad utramque naturam, est multa, 3. q. 17. 2. c. item q. 3. 5. 5. b.

113. In Christo est tantum una persona, 3. q. 16. 1. c. item q. 17. 1. c. item q. 25. 1. c.

114. Heresis Nestorii, quod in Christo sunt duae personae, ideo non ponit communicationem idiomatum, 3. q. 2. 6. c. item q. 17. 1. c. fin. item q. 20. 2. c. item q. 35. 4. c.

115. In Christo est tantum unum suppositum, seu una hypostasis, 3. q. 2. 3. c. item 6. 11. c. item q. 4. 3. c. item q. 16. 1. 3. 4. 5. 6. c. item q. 17. 1. 2. c. item q. 20. 2. c. ad 1. item q. 23. 4. c. item q. 25. 1. c. item q. 50. 3. ad 4.

116. Christus est unum, & unus, sed non duo, 3. q. 17. 1. o.

117. In Christo est tantum unum esse simpliciter, & duo esse secundum quid, 3. q. 17. 2. c.

118. Sunt duae operationes, contra Macarium, 3. q. 19. 1. o. item q. 25. 1. ad 2.

119. Una tantum operatio humana ratione principi, sed multae ratione obsectorum, & potentiarum, & multae non humane, sicut etiam in aliis, 3. q. 19. 2. o.

120. Christus ea que ab aliis observanda instituit, primo ipse observavit, 3. q. 81. 1. c.

121. Figurabatur per propitiatorium, arcam, & candelabrum, mensam, & per duplex altare, 3. q. 102. 4. ad 6.

122. Erat sicut in spica in fide patrum legis nature, sicut in farina in doctrina legis, & prophetarum, sicut panis in incarnatione, coetus igne, idest formatus Spiritu Sancto in clibano uteri Virginis, in farragine per labores in mundo, in craticula, idest in cruce, 12. q. 102. 3. ad 12.

123. Spiritus Sanctus non potest dici pater Christi secundum humanitatem, quia non produxit eum de substantia, 1. q. 32. 3. o.

S. Tb. Op. Tom. VII.

124. Nec tota Trinitas potest dici pater Christi secundum humanitatem, nec secundum divinitatem, quia Christus non habet esse aliqua persona divina, nisi a patre, 3. q. 32. 3. o.

125. Est aliquid, quod est pater, & aliquid, quod est mater, 3. q. 17. 1. ad 4.

126. Christum Deus pater plus omnibus diligit, quia Deus semper diligit meliora, & quia ei majus bonum voluit, & fecit; voluntas enim Dei est causa bonitatis in rebus, 1. q. 20. 1. c.

127. Deus Christum diligit, non solum plusquam totum humanum genus, sed etiam magis, quam universitatem creaturarum. Et enim majus bonum voluit, quia dedit ei nomen, quod est super omne nomen, ut verus Deus esset, 1. q. 20. 1. ad 2.

128. Deus plus amat naturam humanam assumptam a Dei verbo in persona Christi, quam omnes angelos, & melior est maxime ratione unionis, 1. q. 20. 1. ad 2.

1. Cibus, quem Christus assumpsit post resurrectionem conversus fuit in materiam spirituale, idest aeream, non autem in corpus Christi, 1. q. 51. 3. ad 5.

2. Cibis est necessarius dupliciter, scilicet ad restaurationem deperditi, & ut impediatur totalem consumptionem caloris naturalis, qui est causa vitae, 1. q. 78. 2. ad 4. item q. 97. 4. c.

3. Usus ciborum ordinatur ad tria, scilicet ad restaurandum deperditum, ad generationem, & ad augmentum, 1. q. 97. 4. o. item q. 119. 1. ad 4.

4. Nullus cibus est, in quo non sit aliquid impuritatis, quia in principio est dissimilis, 1. q. 97. 3. ad 4.

5. Nullius cibi usus de se est peccatum, sed aliquis prohibetur propter obedientiam, votum, continentiam, sanitatem, vel figuram, 12. q. 102. 6. ad 1. item 22. q. 149. 3. o. item 3. q. 40. 4. ad 2.

6. Cibis non necessarius debet dimitti propter scandalum, donec veritas declaretur, 22. q. 43. 8. ad 3.

7. Ratio multiplex de cibis mundis, & immundis, secundum legem veterem, 12. q. 102. 6. ad 1. item 2.

1. Cicatrices apparent in corpore Christi in judicio, 3. q. 54. 4. c.

2. Resurrexit cum cicatricibus, quae semper erunt in corpore ejus fulgentes, 3. q. 54. 4. c.

3. Cicatrices semper erunt in corporibus gloriosis martyrum, 3. q. 54. 4. c.

1. Ciconia est idem quod ibis, scilicet avis Africa, & immunda. Et significat hydropem, 12. q. 102. 6. ad 1. item 3.

2. Cignus est avis immunda, significans hydropem, 12. q. 102. 6. ad 1. c. 3.

Ciminius est qui ciminum vendit, idest de-

S2

par-

mia Pa

num unum

adipos

apparet

lucania

parvis magnam vim facit in dando, 22. q. 118. 8. ad 4.

Cimiterium consecratum vendi potest ratione terræ, & in necessitate Ecclesie, non autem in se sacra, quia esset simonia, 22. q. 100. 4. ad 3.

In operationibus affectus est quidam circulus, sicut etiam in operationibus intellectus, 12. q. 26. 2. c.

1 Circumcisio erat sacramentum preparatorium ad baptismum, licet minus expresse figurans eum, quoad exteriora, quam columna nubis, & transitus maris rubri, quæ tamen non erant sacramenta, quia non fiebat aliqua professio fidei per ea, sicut per circumcisionem, 3. q. 70. 1. ad 2.

2 Erat preparatoria baptismi, quoad professionem fidei, sed baptismus Joannis quoad exercitium actus, 3. q. 70. 1. ad 3.

3 Non continetur inter sacramenta veteris legis, quia non erat ex Moysè, sed ex patribus, 12. q. 103. 1. ad 3.

4 Erat quædam professio fidei Christi, aggregans collegio fidelium, preparatoria, & figura baptismi, 12. q. 102. 5. c. ad 1. & ad 3. & 3. q. 68. 1. ad 1. & 3. q. 70. 1. 2. c.

5 Est quædam professio legis observandæ, 3. q. 37. pr. & q. 40. 4. c. & 3. q. 70. 4. c. fin.

6 Significat tria, scilicet castitatem, depositionem peccatorum, & immortalitatem, 12. q. 102. 5. ad 1.

7 Habet quadrupliciter expressam similitudinem abolitionis peccati originalis, scilicet ratione membri, pellis circularis, pœnæ, & sanguinis, 3. q. 37. 1. c.

8 Erat necessaria ad distinctionem, & significationem, 12. q. 102. 5. ad 1. & 3. q. 70. 1. c.

9 Datur in fœdus æternum, quoad significatum, & quod succedit ei; vel capitur pro fœculo, quod habet finem, sed non determinatum nobis, 12. q. 102. 5. ad 1.

10 Ratio literalis triplex circumcisionis. Prima, & principalis est protestatio fidei unius Dei: secunda debilitatio concupiscentiæ in illo membro: tertia fugillatio sacrorum Veneris, & Priapi, in quibus illa pars honorabatur. Sed ratio figuralis est completa ablationis corruptionis per Christum figuratæ in octava ætate, scilicet resurrectionis, 12. q. 102. 5. ad 1.

11 Circumcisio debuit differri, usque ad tempus Abraham, 12. q. 102. 5. ad 1. & 3. q. 76. 2. c.

12 Debuit dari ante legem Moysi, 12. q. 103. 1. ad 3. item 3. q. 70. 2. ad 2.

13 Cessare debuit divulgato Evangelio, 12. q. 103. 1. 3. ad 4.

14 Necessario fiebat octavo die, non autem prius etiam imminente morte, 12. q. 102. 5. ad 1. & 3. q. 70. 3. ad 3.

15 Idem iudicium est de pueris mortuis ante octo dies, vel mortuis incircumcisus in deserto, sicut de pueris mortuis ante institutionem circumcisionis, 3. q. 70. 4. ad 3.

16 Dispensatum fuit à Deo, ne circumciderentur, in deserto, duplici ratione, scilicet ex ignorantia motus castrorum, & ex non indigentia signi, sed peccabant si ex negligentia, 3. q. 70. 4. ad 3.

17 Non fit nunc, nec antiquitus cum cultro lapideo, nisi in quibusdam famosis, 3. q. 70. 3. ad 2.

18 Necessario fiebat in membro generationis, 12. q. 102. 5. ad 1. item 3. q. 66. 7. ad 3. item 3. q. 70. 3. ad 1.

19 Data fuit convenienter soli populo Israel, 3. q. 70. 2. ad 3.

20 Mulieres non circumcidebantur, quia circumcisionis institutio est in signum fidei Abraham, qui credidit; sed patrem futurum Christi sibi repromissit. Et ideo convenienter solis maribus competebar. Et etiam peccatum originale contra quod specialiter circumcisio ordinabatur, à patre trahitur, & non à matre, 3. q. 70. 2. ad 4.

21 Christus voluit circumcidit septuplici ratione, scilicet ut ostenderet veritatem carnis humanæ, ut approbaret circumcisionem quam olim Deus instituerat, ut probaret se esse de genere Abraham, qui circumcisionis mandatum acceperat, ut Judæis excusationem tolleret, ne eum reciperent si esset incircumcisus, ut obedientiæ virtutem nobis suo commendaret exemplo, ut qui in similitudine carnis peccati advenerat, remedium quo caro peccati consueverat mundari, non respueret, & ut legis onus in se sustinens, alios à legis onere liberaret, 3. q. 37. 1. c. item 3. q. 40. 4. c.

22 Per circumcisionem homines instituebantur generaliter in statu colendi Deum. Et sine ea nullus admittebatur ad esum agni paschalis, nec ad aliquod legalium, 12. q. 102. 5. ad 1.

23 Conferbat gratiam quoad omnes effectus positivos, & privativos, 3. q. 62. 6. ad 3. & 3. q. 70. 4. c.

24 Conferbat gratiam, & erat meritoria, ex opere operante tantum, idest in quantum erat fidei signum de passione Christi futuræ; non autem ex opere operato, idest, ex virtute circumcisionis, 3. q. 62. 6. ad 3. & 3. q. 70. 4. ad 1.

25 Non imprimebat characterem, 3. q. 63. 1. ad 3. item 3. q. 70. 4. c. fin. item 3. q. 73. 5. ad 3.

26 Non aperiebat cælum, per accidens, scilicet, quia nondum erat solutum prescium, 3. q. 70. 4. ad 4.

27 Ante circumcisionem sola fides salvabat, & tollebat peccatum originale, 3. q. 68. 1. ad 3. & 3. q. 70. 4. ad 2.

28 Prin-

28 Principaliter tollebat peccatum originale, & consequenter quodlibet aliud, 3. q. 38. 3. ad 3. item 3. q. 62. 6. ad 3. item 3. q. 70. 4. c.

Circumscribi localiter est proprium corporum, secundum essentiam vero circumscribi convenit omni creaturæ, secundum Ambrosium, 12. q. 50. 1. ad 3.

Circumspectio attendit circumstantias in negotio morali, 22. q. 48. c. item 3. q. 49. 7. c.

1 Circumstantia est accidens actus humani attingens eum extrinsece, 12. q. 7. 1. c. item 3. c. item 3. q. 18. 3. c. & 3. q. 88. 5. c.

2 Illa conditio ex qua dependet substantia actus, non est circumstantia, 12. q. 7. 3. ad 3. item 22. q. 154. 1. c. ad 4.

3 Circumstantia actus moralis dicitur dupliciter, scilicet proportio ejus ad aliquid, & res cui proportionatur, 12. q. 18. 4. ad 2.

4 Circumstantiæ actus moralis sunt septem, scilicet, quis, quid, ubi, per quæ, cur, quomodo, quando, 12. q. 7. 3. c.

5 Principalior circumstantia est finis, secunda quid; alia vero secundum quod sunt propinquiores his, 12. q. 7. 4. c.

6 Finis proximus operantis, & non operis, nec ultimus, est circumstantia, 12. q. 7. 3. ad 3.

7 Tempus sacrum est circumstantia peccati quod fit in eo, 22. q. 112. 4. ad 3.

8 Nulla circumstantia aggravat peccatum in infinitum, 22. q. 110. 4. ad 5.

9 Non potest facere de peccato veniali mortale, nisi transferat in aliam speciem, ut differentia, & non ut circumstantia, 12. q. 88. 5. c. & 22. q. 110. 4. ad 5.

10 Eadem conditio respectu diversarum specierum est circumstantia; & de substantia actus, 12. q. 18. 10. c. & 3. q. 88. 5. c.

11 Diversæ circumstantiæ diversi motivi semper mutant speciem, ejusdem autem nunquam, 12. q. 72. 9. c. & 22. q. 53. 2. ad 3. & 3. q. 92. 2. c. & 3. q. 148. 4. ad 1. & ad 2. & ad 3.

12 Omnis circumstantia respiciens specialem ordinem rationis pro vel contra, dat speciem actui morali, 12. q. 18. 5. ad 4. & 10. c. & 11. c. & 3. q. 73. 7. c. ad 1.

13 Nulla circumstantia non habens rationem moralis boni vel mali, nisi præsupposita alia, ut quantitas, variat speciem, 12. q. 18. 11. c. & 3. q. 73. 7. c.

14 * Nulla circumstantia præter intentionem peccantis dat speciem peccato, 12. q. 72. 1. 8. c. & 22. q. 43. 1. c. & 3. q. 88. 4. ad 1.

15 Tripliciter aggravat peccatum, scilicet mutando speciem, multiplicando rationem peccati, & augendo priorem circumstantiam, 12. q. 73. 7. c.

16 De circumstantiis considerat theologus triplici ratione, scilicet secundum quod per actus humanos homo ad beatitudinem ordinatur, secundum quod in eis invenitur bonum, & malum, melius, & pejus, & secundum quod sunt meritorii, vel demeritorii; sed considerat aliter quam moralis, vel politicus, vel rhetor, 12. q. 7. 2. c.

Finis scientiæ militaris ordinatur ad finem civilis, 1. q. 1. 5. c.

1 Civis dicitur dupliciter, scilicet secundum quid, idest habitator civitatis, & simpliciter scilicet qui potest agere ut civis, idest consilio, & iudicio, 12. q. 105. 3. ad 2.

2 Virtus civis est exponere se mortis periculo pro totius reipublicæ conservatione, 1. q. 60. 5. c. item 22. q. 26. 3. c. item 3. q. 31. 3. ad 2.

3 Mulieribus non convenit simpliciter esse cives, 12. q. 105. 3. ad 2.

1 Civitas est communitas perfecta, 12. q. 90. 2. c. & 3. ad 3.

2 Impossibile est quod bonum commune civitatis bene se habeat, nisi cives sint virtuosus, saltem principantes, 12. q. 92. 3. ad 3.

3 Servi non sunt pars populi, vel civitatis, 12. q. 98. 6. ad 2.

1 Clamor ponitur filia ira secundum quod ira est in ore, per quem clamorem intelligitur inordinata, & confusa locutio, 22. q. 158. 7. c.

2 Clamor Christi in Cruce fuit miraculosus, 3. q. 47. 1. ad 2.

3 Animal dolens clamat, quia calor, & spiritus multiplicati per dolorem emittuntur, 12. q. 44. 1. ad 2.

1 Claritas corporis gloriosi erit à gloria animæ, 3. q. 45. 2. c. item 3. q. 54. 2. ad 1. & ad 2.

2 Non erit æqualiter in omni corpore glorioso, nec in omni parte ejusdem corporis, 3. q. 45. 2. ad 3.

3 In potestate beatorum erit ostendere, & occultare se, & claritatem sui corporis, 3. q. 54. 1. ad 2.

4 Claritas Christi transfigurati erat vera, sed gloriosa, non autem claritas corporis gloriosi, sed est miraculosa, 3. q. 45. 2. c.

5 Non erat à corpore ejus, sed tantum à Deo, 3. q. 45. 2. c.

6 Claritas vestimentorum Christi significat claritatem sanctorum, quæ superabitur à claritate Christi, sicut candor nivis à splendore solis, 3. q. 45. 2. ad 3.

7 Transfiguratio Christi fuit secundum claritatem tantum, & non secundum aliam dotem, 3. q. 45. 1. ad 3.

8 Ex scriptura certum est corpora post resurrectionem fore lucida, *Supplem. quest. 85. 1. c.*

9 Cla-